Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



237

iubente deserunt. ita et ille qui thesaurum incelis acquirere. bona sua pau
pibus partienda reliquerat. Et pulchre dicit. et ipse. ut non solum eos qui
iusti perseuerant. sed illos qui ab iniustitia resipiscunt. ad filios pro
missionis pertinere declarat. d litter. Salus quoque odie domui impleb
at. hodie populo nationum illuc. eo quod et ipse populis filius sit abrahae. credendo meum. de
quo dicit apls. Si autem uos xpi. igitur semen abrahae estis. et sicut alibi dicit. ipse abrahae sit
pater circumcisionis. non his tamen qui sunt excircumcisione. sed et his qui sectantur uestigia
quae est in praeputio fidei patris nri abrahae. Venit enim filius hominis querere et saluum
facere quod perierat. Hoc est quod alibi dicit. non uenio uocare iustos. sed peccatores. Iuis sane
magister qui murmurantibus urbis suae mysteria indeliquat exponere. adhoc scilicet
peccatorum penitentiam non esse respuenda. ut ipse dei filius ob hoc maxime querendus sit
destinatus adtrans. qui ut pietatis suae nobis dispensationem inculcet. sepissime filium se
hominis appellat commendans nobis sollicite. quod factum est benigne pro nobis. Haec illis
audientibus. adiciens dicit parabola. eo quod esset prope hierusalem. et quia existimarent
quod continuo futurum regnum dei manifestaretur. Oris et domino permissum sermone parabolis affirma
re subiectis. Suscepta igitur et commendata penitentia publicani dominus. adiciens para
bola docet sed penitentiam magis peccatorum quam iustitiam placere superbis. latiq. se ingen
ibus de ignorantia legis humilibus. quam inuidens de iustitia quae ex lege existimabat esse
regnaturum. Et quia discipuli sup audita passione domini ut resurrectione hierosolymis
implenda non intelligebant quae dicebantur existimantes continuo regnum dei esse ueniu
rum. hanc ex ignorantiam illuminans. ostendit se primo suo regni disidere toto or
be dispersum. ac sic in fine mundi iudicem omnium seliae regemque ueniurum.

Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. accipere sibi regnum et reuerti.
Homo nobilis ille est. cui caecus clamabat. fili dauid. miserere mei. et ueniens hiero
solymam continebat. ecce filio dauid. benedictus qui uenit in nomine domini rex israel. longin
qua regio. ecclesia est ex gentibus. de qua ide homini nobili quoloquitur. ego autem con
stituis sum rex a deo. dicit apostolus. Postula a me. et dabo tibi gentes hereditatem tuam.
et possessionem tuam terminos terre. Que iudeliter hereditas ac possessio bifaria ratio
ne regio longinqua uocatur. uel quia affinibus terre clamat ad dnm. uel quia lon
ge est a peccatoribus salus. Et cum dns ubique sit presens. longe tamen abest a sensu qui
ydola colunt. dns uerus abest. Sed qui erant longe. facti sunt prope in sanguine xpi.
Vocatis autem decem seruis suis. dedit illis. x. minas. Denarius numerus ad legem
pertinet. propter decalogum. Vocat itaque pater familias. x. seruos. quia elegit disci
pulos plenitudinem legis imbibitos. dat illis. x. minas. quia legis dicta spiritaliter intelli
genda reuelat. Post passionem quippe resurrectionem que sua aperuit illis sensum. ut intel
ligerent scripturas. Mina namque quam greci minam uocant. centum dragmis appen
ditur. Et omnis scripture sermo qua uite celestis perfectionem suggerit quasi nu
meri centenarii pondere fulgescit. et ait illis. Negociamini dum uenio. Verba

s osanna.

x.